



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

231. Dominica 9. post Pentecost. De mortificatione motionum corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

414 *Dominica 9. post Pentecosten.*

fit scientiam Sactorum, iudicium proprium
subegerit, passiones habuerit domitas, cogitationes ordinaverit, corpus cultu decenti
ornaverit, & asperitate ad omnem virtutem
adaptaverit, & ut verosimile est, Unigenitum
suum non nisi interjectâ telâ lineâ attigerit.

Conf. 3. Proposita hujus septimanæ
memoriam reduciendo; de lapsibus mea-
culando: veniam petendo: & gratiam pro
niorem emendationis atque imitationis
Virginis. Addeudo: *Ave maris Stella,* &c.

MEDITATIO CCXXXI.

Dominica 9. post Pentecosten.

*De mortificatione motuum
corporis.*

Videbo corpus nostrum templum Dei
Spiritus sancto consecratum, Peccatum
non converti in speluncam latronum.

Conf. 1. Quomodo perfectionem Christi-
stianam profitens eniti debeat, ut omnes
etiam corporis motiones ordinet, vel ideo
quia sumptio D. IESU Eucharistici exigat
extremam mundiciem, juxta D. Dionysium
Areopagitam, de coelest. Hierar. cap. 3. Sicut
igitur è templo etiam venditio columbarum
eliminanda, sic è corpore, quidquid inordi-
nati motus est, profligandum, S. Ignatius
Fundator Societatis JESU in Bulla Canon-
izationis

Dominica 9. post Pentecost. 415

nizationis dicitur, habuisse Modestiam di-
vinam. Quot gemmis replentur cistulae Au-
rifabri in statua argentea, tot replet Deus so-
latijs, qui se in minimis spoliant, amore Dei.

Conf. 2. Ordinari corpus 1. si membra
corporis ita regantur, ut unumquodque
suam solam actionem faciat, & a motibus
ceterorum membrorum penitus superse-
deat. 2. Si quodlibet membrum decenter, & prout
congruit personae operantis, & statui, suam
actionem praestet. 3. Si loca, & tempora cui-
que actioni convenientia considerem, &
extra cujusque locum, & tempus illam non
assumam. 4. Cum laxandi animi gratiam se-
veritatem depono, ita hilariorem faciem, &
risum admittete, ut tamen semper modestiae,
& circumspeditionis meminerim. 5. Haec non
tantum aliis associatus, verum & solus, &
absconditus propter praesentiam Domini
universa considerantis, & Angeli mecum
adstantis observare.

Conf. 3. Verba D. Bernardi de coena Domini,
& S. Cyrilli lib. 2. in Joan. cap. 17. *Si quis*
vestrum non tam saepe modo, non tam acerbo
scatit iracundia motus, invidia, aut ceterorum
hujusmodi, immodestia, &c. gratias agat cor-
pore, & sanguini Domini, quoniam virtus Do-
mini operatur in eo. Et coram Venerabili mo-
desolam juxta Cassianum Coll. 12. cap. 8.

416 Fer. 2. Domin. 9. post Pentecost.

Talis quisque inveniatur in nocte, qualis in die, talis in lecto, qualis in oratione.

MEDITATIO CCXXXII.

Feria 2. Domin. 9. post Pentecost.

De mortificatione Linguae.

Audiam de Domino JESU dici Matth. 12. *Non contendet, neque clamabit: quin & videbo eundem vera semper loquentem, inter opprobria tacentem, pro blasphemis, & crucifixoribus orantem. Petam ejus exemplo linguam meam refrenare.*

Conf. 1. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, ait D. Jacobus cap. 3. Et Tertull. lib. de Patient. addit: Iam nec fatuo quidem dicere sine judicii periculo licet. Et quia virtutis laus in actione sita est.

Conf. 2. Actiones mortificatae linguae sunt, 1. Detractiones proximorum etiam de rebus levissimis, quae nullius momenti apparent, fugere. 2. Mendacia jocosa, & officiosa, quamvis ex illis magnum speretur emolumentum, declinare. 3. Duplicitates sensuum, ambiguitates, obscuritatesque sermonis deponere. 4. Rixas, & contentiones, sive pro indaganda veritate, sive pro aliquo negotio gerendo, prudenter abijcere. 5. Omnem jactantiam verborum, arrogantiam, ac laudem, in proprio ore foetentem, vitare. 6. Quae secreta